



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris Theologi Architectura Christiana

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Art. I. Serpens-Vectis congregitur cum Christo pro Victoriâ. Scriptum est,
quia Angelis suis mandavit de Te. Matthæi IV. 6. Rursum scriptum est:
Non tentabis Dominum Devm tuum. Matthæi IV. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

Scriptum est, quia Angelis suis mandavit de te. Matth. iv. 6.

Rursum scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum. Matth. iv. 7.

ARTICULVS I.

SERPENS-VECTIS

Congreditur cum Christo pro Victoria.



PECTACVLVM iucundum, & vtile strata-
 gema exhibetur in Euangelio hodierno,
 velut in theatro. Prodeunt duo Archite-
 cti, CHRISTUS & Diabolus. Certamen insti-
 tuitur, cuius-nam instrumentum Archite-
 cti sit validius & potentius? Christo deseruit Verbum
 DEI tanquam Vectis ad mouendum quidlibet: Diabo-
 lus illud idem, quod videri potest incredibile, astu Sa-
 tanico transformare conatur in Vectem suum, vt, &
 Christo non sit vsui & sibi, tanquam Vectis deseruiat.
 Quare hunc Diabolum, qui hodie congreditur cum
 Christo existimo esse illum, qui Isaia xxvii. vocatur
 LEIATHAN SERPENS-VECTIS: *In die illa visitabit Domi-
 nus in gladio suo duro & grandi & forti super Leuiathan Ser-
 pentem vectem.* Diabolus dicitur *Serpens* ob astutiam &
 venenum peccati quod in hominibus callidè suggestio-
 ne, irritatione, persuasione suffundit. Dicitur etiam *Ve-
 ctis*, quia ipse, vt commentatur insignis interpres, (a)
 quali Vectis plus quam ferreus obstruxit fores Inferni,

T r s &

(v) Sanchez Isa. xxvii.

& peccati (ne quis inde emergat) consequenter & conne quis eò penetret, idque adeò fortiter & angustè, non nisi gladio DEI duro & grandi vectis ille, ad liberandum hominibus atque expeditum ingressum diffringi, ac uelli potuerit.

ACCOMMODATIVVS ad rem nostram diceretur Codæmor Vectis, quia est fabricator Vectis non vni & utitur Vecte, instrumento architectonico commo- Christum & eius discipulos, ut loco moueat, & inueniat omnia, quæ pertinent ad ædificationem Domus Sapientie. Quod intelligetis, si diligenter, attentè, & auide vt famelici solent in Quadragesimâ, quæ proponitur exhauseritis.

ARTICULUS II.

VECTIARI DIABOLI

Contra Christum astuta machinatio.

VECTIS Christi, tãquam Architecti Diuini, est VERBVM DEI purè acceptum, benè intellectum, sincerè explicatũ: At Vectis Diaboli est, Verbũ DEI corruptũ, adulteratũ, malè intellectũ, peius expositũ, pessimè applicatũ, detortũ, inuersũ, id est, *Abusus VERBI DEI*. Quo cõ- tur per se, perq; suos Ædificatores Domus Stultitiæ, fundamentũ Domus Sapientie, & quicquid ad illius ædificationem requiritur, nempe, omnẽ DEI legẽ omnia illi mandata, virtutes deniq; omnes loco mouere & evertere. Specimen eius moliminis egregiũ dedit Matth. 4. vbi agitur de Christo agente in deserto. Sed quomodo Vecte cõtrario sit occurrẽdũ exẽplo suo præclarissimè demonstrauit in eodẽ theatro Dominus. Diabolo propositum erat, inducere Christũ in aliquod peccatũ. Quod si effecisset, & victoriã de illo reportasset, vt vnice expo-